



**D. D. Emanuelis Gonzalez Tellez, In Inclyta Salmanticensi
Academia Collegii Majoris Conchensis Alumni, &
antiquioris vespertinæ Sacrorum Canonum Cathedræ
proprietarii Interpretis; in Pinciano Sanctæ ...**

Additis Notis uberioribus ab Historia, & Chorographia

Complectens Librum Qvintum

**González Téllez, Emanuel
Francofurti Ad Moenum, 1690**

Caput I. a Leo Papa.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74544](#)

TITULUS XXXIII.

De Privilegiis, & excessibus privilegiatorum.

CAPUT I.

Leo Papa,

LUD sanè, quod ad sacerdotalem pertinet dignitatem, inter omnia volumus Canonum statuta servari: ut non in quibuslibet locis, neque quibuslibet castellis, & ubi antè non fuerunt, Episcopi consecrantur: cum ubi minores sunt plebes, minoresque Conventus, Presbyterorum cura sufficiat: Episcopalia autem gubernacula non nisi majoribus populis, & frequentioribus civitatibus oporteat præsidere; nè si, quod Sanctorum Patrum divinitus inspirata decreta veterant, viciis, & possessionibus, vel obscuris, & solitariis municipiis tributatur sacerdotale fastigium & honor, cui debent excellentiora committi, ipse fui numerofitate vilescat. Quod nunc in sua Diocesis Restitutus Episcopus factum esse causatus est, & rationabiliter postulavit, ut si Episcopi eorum locorum, in quibus non debuerant ordinari, humanâ conditione decesserint, loca ipsa adjus Antistitis redigantur, cujus fuerant antè priora: quia inutile est, ut sacerdotalis dignitas inconsideratâ ordinantis facilitate superfluâ multiplicatione minuatur.

NOTÆ.

ALEO.) Ita legitur in prima collectione, sub hoc titul. cap. 1. & textus hic citatur ex ipso Leonne à Burchardo lib. 1. decreti, cap. 32., Carnotensis, p. 3. Decreti, cap. 143. Gratiano in cap. illud, 80. dist. & reperitur inter opera ipsius Sancti Doctoris epist. 87. ad Episcopos African. per Mauritaniam Cesarcensem constitutos, cap. 2. ex qua textum hunc transcribo. De ipsis sancto Pontifice nonnulla adduxi in cap. 3. de maiorit. & obed. nescio tamen, quare Compilatores presentem textum sub titulo *de privilegiis*, aut *excessibus privilegiatorum* nec verbum reperiatur.

COMMENTARIUM.

EX praesenti textu sequens communiter deducitur assertio: *Cathedra Episcopalis non in vicis, aut pagis, sed in Civitatibus, & majoribus populis* ponit debet. Probant eam textus in cap. Episcopi. & per totam 80. dist. cap. audivimus 3. qu. 2. cap. in illis, 90. dist. c. Felix 16. q. 1. D. Clemens epist. 1. ibi: *Hoc tamen proviso, ne in villis, castellis, modicisve civitatibus instituerentur, ne nomes eorum viles fieret.* Synodus Sardicens. can. 6. *Licentia vero danda non est ordinandi Episcopum, aut in vico aliquo, aut in modica aliqua civitate, cui sufficiat unus Presbyter; quianon est necesse Episcopum fieri ne vilescat nomen, & Episcopi auctoritas.* Et epist. 3. Concil. Francofordense can. 22. *Quod non oporteat in villis, nec in vicis Episcopos ordinari.* D. Gregorius Nazianzen. orat. 20. in laudem D. Basili. Synodus Laodic. can. 57. *Quod non oportet in villis, vicis, aut agris Episcopos ordinari, sed visita-*

*tores, qui circumaneant, constat. Et in cap. non debere, 80. dist. Carthag. 2. can. 5. Ut Dioceses, quia Episcopos nonquam habuerint, non habeant, nisi accedente tempore, crescente fide, multiplicatus Dei populus desideraverit proprium habere Rectorem. Carthag. 3. can. 42. Tolet. 12. can. 4. Ut in locum villula supradicta. Aquis deinceps Sedes Episcopalis non maneat, nec Episcopus illic ultra confinatur. Gregorius Magnus ad August. Anglorum Episcopum, ibi: *Memor quod in sacris Canonibus præcipitur, ut minimè in villulis, vel modicis Civitatibus ordinentur Episcopi.* Innocent. III. lib. 14. regestr. 149. Illustrant ultra congetos à Barbola in praesenti, Hallierius de Episcoporum necessitate lib. 2. epist. 3. Ballamon in dist. can. 6. Concil. Sardic. Lemastre lib. 2. de jur. Episc. cap. 12. & de Episcoporum institutione, Solorzani lib. 4. polit. cap. 5. & tom. 2. lib. 3. cap. 5. Jul. Lauor. variar. lucubr. iii. 4. de elec. cap. 1. Petrus Gregor. de benef. c. 14. Idem Petrus Gregor. lib. 1. de repub. c. 1. Rodericus Caro in antiquis Hispan. cap. 13. Bosquetus in notis ad Innoc. II. lib. 1. epist. 5. Claudius Elpenceus in epist. 1. ad Tiram, cap. 1. digress. 1. Turrianus pro Canonibus Apostolorum lib. 2. cap. 16. & lib. 3. cap. 8. Cellotius lib. 4. de hierarch. cap. 12. §. final. Fances de Ecclesi. Cathedr. cap. 4. per tot. Dartis ad dist. 101. Isidorus Molcon. de Majest. Ecclesi. 1. p. cap. 15. Desiderius Herald. de auctorit. rei judic. lib. 2. cap. 15. Hallierius in vindictis Sorbon. lib. 2. cap. 2. fol. 227. Christ. Lupus in can. 6. Concilii Sardic.*

Sed in praesentem assertionem pro dubitandi ratione ita insurgo. Ad commodiorem populi instructionem, & disciplinam longe congruentius est, ut cuilibet Ecclesiæ etiam in vico, aut di-

aut pago constructae Episcopus praeficiatur; cum ita melius, ac facilius fideles instrui, ac myste-
riis fidei imbuvi possint: & ita quamlibet Eccle-
siam suo pastori adhaerere debere docuit D. Cy-
prianus epist. 69. ibi: *Sacerdoti plebi adunata, &*
pari suorum adhaerens. Quam Episcoporum ne-
cessitatem, & utilitatem agnoscentes veteres Ec-
clesiae Patres, etiam in pagis, & oppidulis Epi-
scopos constituebant, ut refert Sozomenus lib. 7.
cap. 9. ibi: *Per Scythianum ceteras civitates sunt multe,*
nam dum taxat haec omnes Episcopum habent: apud
alias vero nationes reperies convarium, ubi & in
*pais Episcopi ordinantur, sicut apud Arabes, & Cy-
prios quo compiri, & apud Novatianos, ac Monian-
bos eos, qui degeneri in Phrygia. Quare Sinesius epist.*
67. meminit Episcoporum creatorum in vicis Pa-
lerbica, & Hydrace: & ait se ad eos accessisse, ut
persuaderet quatenus de eligendo Episcopo deli-
berarent. Et epist. 76. scribit Olvia his vici cuius-
dam iacolis Episcopic creatione opus fuisse. Innu-
mera etiam exempla proflant Episcoporum in vicis
ordinatorum: Sabinensis, & Portuensis Episcopi
prope Romanam, unam, aut alteram domum sui Epi-
scopatus habent; idque facilius patebit percurrenti
Conciliorum subscriptiones. In Concilio Are-
latensi 1. subscriptibit Gregorius Episcopus de lo-
co, qui est in portu Romae: locum vero istum sine
nomine fuisse civitatem nobilem nemo cogitavit:
ergo quia in pagis, & oppidulis licet Cathedras
Episcopales erigere. Augetur haec dubitandi ratio
exo, nam non solum in vicis, & pagis, verum
& absque ullis locis consecrari Episcopos legimus,
de quibus in Concilio Veneris can. 13. caverunt.
De Episcopis vagabundis, qui parochias non habent,
ne scimus de ordinatione eorum qualis fuit, placuisse
juxta instituta sanctorum Patrum, ut in alterius pa-
rochia ministrare, nec ullam administrationem fa-
core debeant sine Episcopi (cujus est parochia) iusfitione.
Idem habetur in Concilio Carthag. 2. can. 2.
Carthag. 3. can. 20. Quare in Concilio Maf-
con. 2. subscripterunt Episcopi seles non ha-
bentes; & hos Episcopos Scottos appellau-
runt Patres Concili Cabilon. 2. can. 43. cuius
nomenclatura rationem illustrat Ciron. lib. 1.
obs. cap. 13. quare in canone 6. Concilii Valent.
His. caverunt, ne quispiam ordinetur Episco-
pus, qui prius se locali futurum fore non pro-
mittat.

Quâ dubitandi ratione non obstante vera est
presents assertio, pro cuius expositione sciendum
est, ex dispositione Anacleti cautum fuisse, ut
in locis, ubi apud Gentiles erant Primates Fla-
minum, Patriar. haec constuerentur; ubi Ar-
chiflamines erant, Archiepiscopi ordinarentur,
cap. 1. 99. dis. cap. in illis 2. 80. dis. & ita jux-
ta civilem, & politican gubernationem Metro-
poles, & dioceses erigebantur: quod & cautum
fuit in Concilio Chalcedon. can. 17. ibi: *Ut si*
civitas aliqua a Principe innovata fuerit, orviles,
& publicas formas ecclesiasticarum quoque pa-
rocharum ordo consequatur. Synodus 6. Trul. can.
38. late probat Frances de Eccles. Cathedral. cap. 1.
immò & Apostolos ipsos orbem ecclesiasticum
in provincias distribuisse ad exemplum disposi-
tionis civilis, quæ per illas tempestates yigebat
in imperio, doctè probat P. Marcha lib. 6. con-
cord. cap. 1. Non tamen adeò rigida fuit haec dis-
ciplina Ecclesie, ut nunquam in minoribus pa-
gis Episcopi ponerentur. Plerunque enim legem
hanc infregit privata regionum, ac provinciarum
D. D. Gonzal. in Decretal. Tom. V.

consuetudo; nam cum ampliores erant Episco-
patus, quam ut eis Episcopi unius in ampla ci-
vitate degentis cura sufficere posset, nullam ur-
bium dignitatis habeant rationem, satis pu-
tantes in oppidis, ac vicis Episcopum constitui,
quam Episcopali sollicitudine destitu. Nec non
auctoritas Principum secularium plurimum in
hoc pravalueit. Sic Phadimus Amase Metropoli-
tanus, Neocæsareus urbi, in qua decem & septem
fidelium, non amplior, erat numerus, Gregorium
Thaumaturgum primarium constituit Episco-
pum, auctore Gregorio Nysseno in vita Thau-
maturgi. Similiter divisâ in duas provincias Cap-
padociâ Valentis imperio, Basili. Cæsareensis Me-
tropolitanus, ut quodam modo dannum sareret.
Sæsimorum Ecclesiam erexit in Cathedram, &
Gregorium Nazianzenum in ea Episcopum or-
dinavit, ut testatur ipse Nazianz. orat. 20. & refert
Gregorius presbyter in ejus vita. Qualis autem es-
set Sæsimorum locus, Gregorius ipse describit car-
mine de vita sua:

In regie medio via est vicus situs
Quis scindit in tres vias, lymphis carens.

Quamplurimos quoque in Africa, & in Ponticeis
regionibus Episcopos exiguum oppidorum
constitutos olim fuisse antiqua monumenta pro-
dunt: & certè Joannes XXII. in extravaganti *Sal-*
lator, extravaganti *Nuper*, *de præbendas & digni-*
ob amplitudinem Tolosani Episcopatus alias Epi-
scopales sedes erexit in villis Laberensi, sancti
Pauli, aliisque exquisi oppidis, ut referentes
iporum Episcopatum historiam tradunt Fratres
Sarmath. tom. 2. & 3. Gal. Christ. Etiam Prin-
cipes seculares sepium in vicis, & oppidis Epi-
scopos constitui curarunt. Unde cum Stephanus
olim Emeritenis Episcopus iussu Ubambæ Re-
gis Gothorum motus in suburbio Toletano in
Ecclesia Prætoriens Episcopum præter morem
& consuetudinem Ecclesie instituisset, poen-
tentia ductus Patres Concilii Tolet. 12. cum
lachrymis adortus est, veniamque labefactare
disciplina precatus: quod factum Patres impro-
barunt, ac submovendos censuerunt Episcopos
non modò ab eo suburbio, verum ab aliis quo-
que obscuris, ac ignobilibus locis, in quibus
per voluntatem Ubambæ Regis fuerant instituti.
Et ita Patres sanxerunt. Et ideo, quia indiscre-
to, & facillimo assensu iniusti Ubambæ Principis
iussionibus parens novam, & injustam illuc Pon-
tificalis Sedis prælectionem inducerit, ubi can-
onica institutio id fieri omni ratione reficit; prædictus
idem vir prostratus humo, medicamine nostri pra-
cepi, & sibi dari veniam petuit, & quid potissi-
mum importanter fieri de persona ejus, qui illius ordina-
tus fuerat, nobis oris sententia discernendum popo-
cit. Et quibusdam verbis interjectis, quibus pro-
feruntur in medium veterum Patrum, ac Con-
ciliorum sententiae de maiestate & nobilitate Se-
dis Episcopalis, tandem Patres ita concludunt:
Ut in locum villule supradictæ Aquis deinceps Se-
dis Episcopalis non maneat, nec Episcopus illuc
ultra constitendum existat. Hic tamen Cuniulus,
qui contra majorum decreta illic videtur institu-
tus fuisse Episcopus, nullis canonum erit ad con-
demnationem sui sententiis ultricendus: quia
non ambitione, sed Principis impulsione illic consti-
tutus & ordinatus; & ideo illi hoc remediu humanitatis con-
cedamus, ut in Sede alia decedentis cuiuslibet Epi-
scopi transducatur, & prædictus locus sub monastica
deinceps institutione mansurus, non Episcopali ultra

S. privi-

privilegio fratus ; sed sub Abbatis regimine , sicut bucuque fuit , ori modis omnibus mancipandus . Similiter cum in Castro Dunensi , qui vicus est in Diœcesi Carnotina , Aegidius Episcopus Remensis ordinaret Episcopum Promotum , conquestus fuit in Concilio Parisiensi 4. Pappolus Episcopus Carnotensis ; & Patres ita decreverunt : Dominus Pappolus Episcopus mediocritati nostre detulit in querelam , in Castro Dunensi , parviciadique Carnotina , quod castrum nec ad territorium civitatis vestrae , nec ad vestram provinciam manifestum est pertinere , à vobis contra omnem rationem , & contra canoniam disciplinam Episcopum consecratum . Et licet secundum prescibatissimum Patrum decretar potuit hujusmodi excessus in vestra iuris acerbis coërciri ; sed nos charitatis iura servantes beatitudini vestrae indicamus , ut presbyterum ipsum nomine Promotum , qui omisso severitate canonica à vobis dictum tam temerè consecratus , ut justè debeat de gradus ipsius dignitate deponi , sicut canonum constituta sanxerant , ad vos evocetis , vel vobis cum retineatis , ut injuriam nec Ecclesia , nec sacerdoti suoniori debet irrogare . Refert P. Marcha part. 1. concord. lib. 2. cap. 9. qui lib. 4. cap. 13. probat novam creationem Episcopatus fieri posse à Pontifice ex consenu Principis secularis : & plura de erectione Ecclesie in Cathedralem , aut Metropolim tradunt Darr. ad dist. ult. Solorzanus tom. 2. de jure Ind. lib. 3. cap. 4. num. 1.

5. Ratius autem cur tot sacris canonibus cautum sit , ne in vicis , & pagis Episcopi constituantur , assignatur à B. Leone in praesenti , ne videlicet vilesca Episcopalis dignitas propter locorum dignitatem , & ut loci maiestate informat docerent homines , de Episcoporum gradu , ac insulis magnifice semper cogitate . Accedit , nam in civitatibus frequenter plures sunt presbyteri , qui ut Consiliarii adesse possint Episcopo in negotiis arduis . Item propter celebritatem urbis facile aditi posset Episcopus , ut si cut ad celebriorem urbem omnes vicos , villas , oppida judiciorum , mercaturæ , & aliorum negotiorum causâ convenire oportet ; ita & religionis gratia commode concurrerent . Accedit , nam nemo lucernam ponit sub modo , sed super candelabrum : ideo dignitatum ecclesiasticarum culmen , lucem humani generis , faciem religionis , ac pietatis oportet loco nobili , ex celo , & illustri confidere : unde ne assidue , si passim constituenter Episcopi , eorum dignitas vilesceret , quæ in summa veneratione apud fidèles debet esse ; ideo in praesenti , & tot canonicis statuitur , ne in vicis , & pagis , sed in civitatibus , & locis populosis Episcopi ordinarentur .

6. Dissol-
vitur
dubitā-
tis ratio.

Nec obstat dubitandi ratio supra expensa ex epistola 69. D. Cypriani , cuius auctoritate motus Doctor Kelsonius existimavit , dari non posse Ecclesiam particularē sine Episcopo : quem docte refellit Nicolaus Smithius in discussione aliquarum assertiōnū ipsius Doctoris . Nec illi favet D. Cyprianus , qui a responderi potest , D. Cyprianum non definire plebem adunatam esse Ecclesiam , & gregem adherentem particulari sacerdoti , ac Pastori ; sed indefinitè sacerdoti , & Pastori : quod tam diu in nos quadrabit , quam diu Episcopum , & Pastorem nostrum agnoverimus Romanum Pontificem . Quid quod S. Cyprianus loquatur de ordinatis Pastoribus

potestatem habentibus in loca , & personas , catholicos , & hereticos permanenter , & non solum ad beneplacitum : unde conficitur , ejus definitionem non competere delegato , sed adhuc necessarium nobis erit immediatum , & ordinarium nostrum Pastorem reuinere Summum Pontificem . Ceterum ut quæ Cypriani verbis fibit sententia , aperiatur , prænoscendum est , dictam epistolam scriptam fuisse ad quandam Florinum , sive Florentium , cognomento Popianum , qui ut advertit Pamel . in suis ad illam epistolam annotationibus , hereticus erat à secta Novati , & periculatum , credulamque nimis temeritatem , conflictis adversus B. Cyprianum criminibus , fidem commodaverat , ob quæ meritò deserendum à grege suo sanctum , perinde ac si verus eorum non fuisse Episcopus , accumabat . Contra hanc fallam & seditionis calumniam probat , non ille quidem , Ecclesiam Episcopo destitutam non esse particularem Ecclesiam , sed Ecclesiam , cui verus , & legitimus præstis Episcopus ; dividenter se tamen , & per schisma ab illo deciscerent , reverè Ecclesiam omnino non esse , sed schismaticam congregationem . Quod hoc ita se habeat , ipsa Cypriani verba augmento sunt ; cum enim ex sacra pagina , Ioannis cap. 6. citasset : Nos credimus , & cognovimus , quia tu es filius Dei vivi ; ad lit : Loquitur illic Petrus , super quem adiutoria facta Ecclesia , Ecclesia nomine docens , & ostendens , quia eis conuictus , ac superba obediens nolentium multitudine discedat , Ecclesiam a Christo non recedit , & illi sunt Ecclesia , & plebs tanquam sacerdoti adunata , & Pastori suo gressu adhaerens . Unde scire debet Episcopum in Ecclesia esse , & Ecclesiam in Episcopum ; & si quis cum Episcopo non sit , in Ecclesia non esse : & frustra sibi blandire eos , qui pacem cum sacerdotibus Dei non habentes obrepunt , & latenter apud quosdam communicare se credunt , quando Ecclesia , quæ Catholicæ una est , scissa non sit , nec divisæ , sed sit utique connexa , & coherentium sibi invicem sacerdotum gloriae copulata . Mane ergo D. Cyprianum non asserere , dari non posse Ecclesiam particularē absque Episcopo , & per consequens in vicis , & minoribus civitatibus eos non esse necessarios , nec constitui debet . Nec obstat augmentum ipsius difficultatis , quia verum est , olim ex causa supra relatis non nunquam Episcopos constitutos fuisse in vicis , & pagis minus populosis : quod postea variis canonibus prohibitum fuit , ut probatum manet .

Sed supra traditis obstat textus in canonē 10. Concilii Antioch. in illis verbis : Qui in vicis , Exponit vel possessionibus Choropiscopi nominantur , quamvis turcas manus impositionem Episcoporum perceperint . & ut Episcopi sint consecrati , tamen sancta Synodus plausit , ut modum proprium recognoscant , ut gubernent subjectas sibi Ecclesias , earumque moderantur , curaque contineantur . Ordinent etiam lectors , & subdiaconos , auctiæ exorcistas , quibus promotiones ista sufficiant . Ex quibus verbis deducitur , in vicis & pagis Episcopos constitui posse . Ergo non rectè praesenti asseritur , tantum in civitatibus , & majoribus populis Episcopos ordinari debere . Pro cuius canonis expositione examinandum venit , utrum Choropiscopi , qui olim in vicis , & pagis concrebantur , quorumque mentio fit in Concil. Niceno , can. 4. Neocesar. can. 13. Ancy. cap. 11. Rheygeni can. 3. Hispaniæ 2. c. 7. Merensi sub Stephano VI. can. 5. Meldeni can. 4. Parisieni can. 27. wap. 1.

cap. i. dist. 68. cap. i. dist. 69. essent veri Episcopi, an vero tantum presbyteri. Et eos verè Episcopos fuisse, probatur primò ex dicto canone 10. Concilii Antioch. & ex Concilio Ancyran. celebrato anno 314. *can. 12.* Meldenſi *can. 44.* ubi illis permittitur ordinare lectors, & subdiaconos, cùm hoc proprium sit Episcoporum, ut probavi in *cap. 3. de temporibus ordin.* & ex canone 2. Concilii Barchinon. 2. sub Recharedo : Felice IV. relatio in *cap. tabernaculum 2.* *cap. sicut 11. de consecr.* *dist. 1.* ubi etiam refertur, licuiffe Chorepiscopis Ecclesiæ consecrare; quod manus proprium est Episcoporum, *cap. aquam*, ubi probavi, *de consecr.* *Eccles.* Deinde idem suadetur ex dicto Concilio Antiocheno *can. 8* ubi cavitur, ne presbyteri, qui sunt in agris, iteras canonicas dare possint, Chorepiscopi vero irreprehensibiles illas dare valeant. Ex quibus deducitur, discrimen versari inter presbyteros, & Chorepiscopos, quod nullum aliud est, nisi quod Chorepiscopi essent veri Episcopi; unde Episcopi villani appellantur *lib. 1. cap. 1.* *cap. 9.* & *lib. 5. cap. 168.* & sequenti. Facit tandem pro hac sententia Nicolaus I. in quadam epistola ad Rodulphum Archiepiscopum Bituric. relatus ab Hincmaro Rhemensi *ad calcem suorum opuscul.* pag. 716. ubi *cap. 1.* Pontifex ita scribit: Chorepiscopis afferunt multas esse in regionibus vestris ordinaciones Presbyterorum, & Diaconorum effectas, quos quidam Episcoporum deponunt, quidam vero denuo consecrant. Nos vero dicimus, nec innocentes sportere percelli, nec illas debore stori reordinationes reiteratas consecrationis. Ergo Chorepiscopi, ut veri Episcopi ordines conferre valeant.

Contrarium vero, immo Chorepiscopos presbyteros honorabiliiores, & primi gradus fuisse, non vero Episcopos, probatur ex epistolis 4. alias 5. Damasi de Chorepiscopis, & 8. sive 88. Leonis: ex quibus commentitia alia epistola compacta, & Joanni III. adscripta extat *iom. 3.* Concil. editionis Severini Binii; illarumque fragmenta habentur apud Gratianum in *cap. quamvis 4. cum sequent. 68. dist. cap. per illicitam 3. 9. quæst. 1.* *cap. per illicitam 25. 1. quæst. 7. cap. si Petrus 8. quæst. 1.* Idem probatur ex Gelasio I. epist. 9. ad Episcopos Lucania, §. nec minus, juncis Concilio Neocæsar *can. 13.* Nicæno I. *can. 8.* Chorepiscopi presbyteri appellantur ordinati in locum 70. seniorum. Secundo idem probatur ex eo, quia illis prohibetur munia Episcopalia obire in Concilio Regiensi *can. 3.* Hispalensi 2. *can. 7.* Parisiensi sub Gregorio IV. & Ludovico *can. 27.* Meldenſi sub Sergio 2. *can. 44.* Metensi sub Arnulfo *can. 5.* epistola Montani Episcopi post Concil. Tolet. 2. in capitul. Caroli *lib. 1. cap. 9.* & *lib. 5. cap. 268.* & *lib. 6. cap. 119.* & 284. & *lib. 7. cap. 187.* *cap. 310. 318.* & 328. apud Pacianum serm. de baptismo, & epist. 5. ad Symmacum. Quibus auctoritatibus mortali hanc sententiam tenerunt Ayala de tradit. Eccles. 3. part. considerat. 4. Turrianus ad can. 54. Concilii Nicæn. Crespetius in summa, verbo Chorepiscopi, Lindembrog. in Glossar. eod. verbo, Vazquez 3. part. in 3. part. disput. 238. *cap. 4. num. 67.* Henriquez in summilib. 10. *cap. 23.* §. 2. Barbos. in *cap. quamvis 4. num. 6.* 68. dist. & *lib. 1. juriseccl.* *cap. 15.* & 16. & de potest. Episc. part. 1. tit. 1. *cap. 6. num. 22.* Cironius ad tit. de offic. Archipres. Landmeter. de veteri clero lib. 2. *cap. 97.* §. ordinant. Morinus *lib. 1. exercit.* Eccles. *cap. 11.* Joannes Caballutius in notitia Concil. in Concil. An-cyr. 1. fol. 31. Unde in Concilio Augustano sub D.D. Gonzal. in Decretal. Tom. V.

Paulo III. *cap. 7. in princip.* Græcorum Chorepiscopi comparantur nostris Archidiaconis, sive Archipresbyteris, ut apud Sigebertum in *chron.* anno 384. & diœcœlon visitatores dicuntur in Concil. Laodic. *can. 57.* Vicarii Episcoporum in capitolariis Caroli *lib. 7. epist. 310.* & 328. & forastici presbyteri in Concil. Brachar. 2. *can. 56.* post Cabassut. addit. Morin. de sacris ordin. exercit. 4. *cap. 1.*

In hac canonum varietate veriore credo sententiam eorum qui agnoverunt olim duo fuisse *Tradit.* genera Chorepiscoporum, unum eorum, qui *tur vera* erant Episcopi in aliena diœcesi commorantur *senten-* *tes* absque jurisdictione Episcopali; aliud vero *tia-* eorum, qui erant presbyteri tantum, tamen utriusque in vicis, & pagis curam gererent animarum, tanquam parochi, seu Vicarii Episcopi constituti, propter pauperum curam, qui in agris, & villis degebant: qui propterea quasi Coepiscopi dicebantur. Concil. Nicæn. 1. *can. 54.* incolleit. Alphonsi Pisanii: quippe dictio *Chore*, à quo nomen Chorepiscoporum derivatur, idea significat quod Latine oppidum, seu pagum. Damasus *dist. epist. 5. versio. Ad villam.* Inter primos autem, & secundos magnum illud discrimen versatur, quod Chorepiscopi primi à tribus Episcopis consecrabantur Concil. Antiochen. *can. 10.* ibi: *Manus impositionem ab Episcopis suscepserunt.* Et *cap. quamvis, in fine, 86. dist. ibi:* *Quamquam consecrationem habeant Pontificatus, tamen non habent apicem.* Id est quamvis veri sint consecrati Episcopi, non habent diœcesanam jurisdictionem. Alii autem Chorepiscopi non à tribus, sed tantum ab uno Episcopo, ut presbyteri consecrabantur. Leo Pontifex in *dist. epist. 86.* ibi: *Omnia quoque maxima Concilia sanciunt eum non esse Episcopum, qui minùs quam à tribus Episcopis auctoritate etiam Metropolitanus factus fuerit Episcopus;* ideoque illos, quos Chorepiscopos vocatis, quia ab uno (ut audivimus) sunt Episcopo, Episcopus non esse, nec aliquid de Pontificali privilegio agere debere perspicuum est, quoniam si nomen non habent, quomodo officium possunt habere. Juxta quam distinctionem facile expounduntur iura suprà relata, ita ut Concilium Antiochenum, & alii canones relati pro prima sententia procedant in primis Chorepiscopis, qui verè Episcoperant, sed quia jurisdictionem, nec diœcœtum habebant, id est consentiente Episcopo ordines conferebant, *dist. can. 10.* Concilii Antioch. vel eo absente Concil. Hispal. *dist. can. 7.* ibi: *Absente Pontifice Docuerunt Balsamon, & Zonaras in dist. can. 10. Concil. Antioch. Bellarminus lib. 1. de cleric.* tom. 1. *controv. cap. 17.* & *tom. 2. lib. 1. de sacram. Ordinis, cap. 7. ad finem,* Suarez de censur. disput. II. sect. 2. num. 7. Joannes Dartis lib. 1. de Episcop. & presbyt. *cap. 7.* Bolquerus in notis ad Innoc. III. lib. 1. epist. 174. pag. 93. & epist. 125. pag. 79. Juretus in notis ad Carnot. epist. 240. Cellotius lib. 4. de hierarch. cap. 17. §. final. Savarus in not. ad Sidon lib. 7. epist. 8. Hallierius de sacris eleçt. 2. parti. sect. 5. cap. 2. §. 2. num. 10. & in vindicis fol. 221. Gibalin. de clausur. regel. disput. 3. cap. 2. §. 2. num. 10. Magni Praeceptores, patriaque, & Academiæ nostræ de cœsus, Illustr. D. Franc. Ramos pro Episcopat. Lust. propos. ult. §. 5. num. 169. D. Martinus Lopez de Hontiberos in tract. de sacram. Ordinis, tract. 3. 1. part. num. 23. P. Marcha part. 1. concord. lib. 2. *cap. 153.* Frances de Eccles. Carbed. *cap. 1. num. 128.* P. Bollo in econom. class. 5. *cap. 2. §. 4.* Beyerlinch.

in theatro, verbo Chōre p̄scop. Mācēdo d̄ clav. Pe-
tri lib. 1. cap. 3. P. Laurā in sua epit. verbo Chōre p̄scop. Dārtis de benef. fct. 1. cap. 2.

10. Secundō suprā traditā assertioni opponi potest
Exponi quādam subscriptio Concilii Chalcedon. part. 2.
tur que actū 2. ubi subscrībit quidam Noē Episcopus Ce-
dā sub- phae Castellae : ex qua subscriptione constat, E-
scriptio p̄scopum illum ordinatum fuisse in castello : ergo
Concil. Cōncil. Pro cuius difficultatis solutio dicendum est, ca-
Chalce- stellum in ea subscriptione significare celebra ca-
don. strum aliquod, sub quo plura alia consistebant;
cujus generis plura erant in Oriente. Philip. Ber-
terius Pitha diatrib. 1. cap. 6.

11. Deinde superiori assertioni obstat textus in Con-
cilio Sardicensi, ubi Gaudentius Episcopus dixit:
Exponi Unusquisque nostrū, qui in canali cōstitutus est,
tur Con- cīl. Sar- cūm progradientem Episcopum viderit, inquirat
dīscēnse. transitum, causas videat, quā tendat agnoscat; &
siquidem cū inveniatur ad comitatum, requi-
rat & illud, quod superius comprehensum est, nisi
forie inviatuſ, facultas eundi permittatur; si vero
propter desideria, & ambitiones ad comitatum per-
petrāt, nec in litteris ejus subscrībatur, nec in commu-
nionem recipiatur. Ex quibus deducitur, Episcopū
in canali, & ita in vico, & loco minus populoſe
ordinatum fuisse, & per consequens non semper
in civitatibus, & majoribus locis Episcopos con-
stitutus fuisse. Pro cuius textus expositione scien-
tium est, canalia esse publica loca, per quā cur-
sus publicus peragebatur, l. agentes 2. Cod. Theodos.
de curiōſis, ibi: Nec verò multos esse per singulas
provincias iuſſimus, quippe ſufficit duos tantummo-
do curas gerere, & publicum curſum gubernare, ut
licet in canabib⁹ publicis hec neceſſitas excutetur,
numeruſtamen amplior esse non debeat. Et l. manci-
pium 15. eod. Cod. de curſu publico: ne sit cuius-
quam tam iuſſiſt audacia, qui parangarias, aut
paravedos in civitatibus ad canale debeat com-
movere, quo minus marmora privatorum vehicu-
lis provinciarum appellantur. A puleius lib. 6. & 9.
de Afino aureo: notarunt Guther. lib. 3. de officiis
domus, cap. 15. Cujac. lib. 15. obſerv. 18. Cironius

lib. 2. obſerv. cap. 14. Unde Episcopi in canali con-
ſtituti in dicto canone Concilii Sardic. dicuntur
qui fedes habebant in curſu publico, via videlicet
quā equi publici dispositi erant per stationes ſi-
gulas ad iter faciendum, de quibus Athanasius
apolog. postquam enumeravit Episcopos, qui
ex Hispania, Gallia, & aliis provinciis Sardicam
convenerant, ait: Hi qui venerunt ex canali Itale,
erant Probatius, Viator. Obſervarunt, & ita expo-
ſuerunt dictum canonem Cironius diē lib. 2. ob-
ſerv. cap. 14. Landmēter. lib. 2. de veteri clerico &
mon. cap. 55. I. Gothofr. in l. 2. Cod. Theodos. de
curſu publico.

Tandem suprā traditā assertioni obstat textus
in canone 43. Concilii Cabilon. ubi agitur de Epis-
copis vagabundis ſine titulo, & ſede, quos PP. ap-
pellant Schotōs: unde conſtat non ſolum in pa-
gis, & modicis oppidiſ, verū & ſine certa ſede
Episcopos conſecrari poſſe. Igitur non reſtē in
præſenti docetur, tantum in majoribus civitati-
bus Episcopos eſſe inſtituendos. Prō eius cano-
nis expoſitione jam obſervavit Cironius lib. 1. ob-
ſerv. cap. 13. olim in plerisque regionibus Episco-
pos ordinatos fuſſe, ut adjuvatores aliorum Episco-
porum, ut cū hi propter varia impedimenta ne-
gotiis, & neceſſitatibus ſuārum Ecclesiārum ſu-
perēſe non poſſint, illi Episcoporum officio fun-
gerentur: & ita erant Episcopi incertæ ſedis, qua-
fi adventiti, & conducliti, ut fuit sanctus Boni-
facius, donec per Zachariam Papam creatus fuīt
Moguntiæ Praeful; & ipſe sanctus Bonifacius ita
ordinavit Episcopum Gampaldum, ut refertur in
Metropoli Salisburg. tom. 2. anno 732. & plures ex
eis ſubſcripserunt in Concilio Mantifcon. 2. & de
eis atq; eorū paupertate in chronico Archiep. Bre-
meniſum ita legitur: In Concilio Laterani erant à
Papa conſecrati Episcopi duo e Anglia, & duo Scotti;
unus ſolo equo veneſat, alter pedes. Et Episcopi,
qui tantum unam domum habebar, meminit Bal-
famon in can. 17. Synodi Chalced. Dic. bant au-
tem illi Scotti, quia in Scotia eorum uſus magis in-
valuerat, ut probat Cironius ubi ſuprā.

C A P U T II.

a Gregorius Petro Subdiacono Campanie.

Sicut in judiciis laicorum privilegia turbare non cupimus, ita eis præjudicantibus mo-
deratā volumus auctoritate refiſtere. Violentos namque laicos coērcere, non contra
leges eſt agere, ſed legi ferre ſubſidium. Quia igitur Deus dedit gener Felicis de Orticel-
lo, præſentum latrīcī^b violentiam dicitur irrogafſe, præfata mque rem illicē detinere,
ita ut viduitatis ejus dejectio non miſericordiam provocare, ſed ejus inveniatur roborare
malitiam: præcipimus experientiā tua, ut tam contra præfatum virum, quam in cæteris
cauſis, in quibus ſe afferit præfata fœmina præjudicium ſuſtinere, noſtrā ei ſolatium tui-
tionis impendas, nec à quolibet eam prægravari permittas: ne vel ea, quā tibi, ſalvā ta-
men æquitate mandantur, in aliqua inveniaris parte neglige: vel viduū, aliisque pau-
peribus, dum illic auxilium non inveniunt, ex hujus itineris profigentur longinquitate di-
ſpendia.

N O T Ā.

a **G**regorius.] Ita etiam legitur in prima col-
leccióne, ſub hoc iiii. cap. 2. & reperiuntur tex-
tus hic in Regeſtro epiftolarum ipsius Pontificis
lib. 2. indict. 11. epift. 5. ex quo reſtituo literām hu-

jus textus: de hoc defenſore, & ejus officio non-
nulla adduxi in cap. 1. de elec̄.

b **V**iolentiam.] In rebus videlicet: unde cū
ipſa vidua eſſet, & per conſequens miſerabilis per-
ſona, judeſ ecclæſiasticus adiūti poterat, juxta tra-
dita in cap. ex litteris, de foro competi. Unde cognol-
citur